



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

31. S. Raymundus Nonnatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

XXXI. Augusti. S. Raymundi Nonnati. § 13

terroganti: *Quomodo vixisti?* Gaudeat mundus in rebus caducis & fluxis: Nos autem gaudebitus in Domino, & exultabimus in Deo Jesu & hoc Crucifixo.

Instructio meritoria.

Ne grave immineat nobis judicium Dei, præveniamus operibus pœnitentiæ. Imminent solemnia festa? Imminet feria sexta? Recordemur, quô actu rigoris, aut mortificationis Christum, aut Sanctum, de quo festum, devotè veneremur. O si nulla hebdomas sine actu heroico! Ut fiat, flexis genibûs SS. Rosarium de 7. doloribus hodie recitemus. Rosa etiam floret in mediis spinis, ciliis, jejuniis, ac disciplinis.

Festum S. Raymundi Nonnati

ex Ordine sub titulo de Redemptione Captivorum.

EXHORTATIUNCULA I.

Miremur in parvulo virum. Puerilia oblectamenta extremè horruit Raymundus, tantamque pietati impedit operam, ut omnes in puerò adultam suspicerent virtutem. Suspiciamus, ve-

Y 5 nere-

§14 XXXI. Augusti. S. Raymundi Nonnati.
neremur & nos , & tandem nos viros in
spiritu, in zelo , & in vitæ exemplis pro-
bemus illustrissimos. Et hoc quamdiu
jam à nobis expectat Deus ?

Instructio meritoria.

Abstineamus hodie à jocis , facetiis,
aliisque minus decentibus nugis in ho-
norem Beatissimæ Virginis Mariæ , quæ
multum colitur , & honoratur bonis
moribus , & virtutum exercitiis. Serui
in actionibus ut evadamus coram homi-
num oculis , coram Sanctissimo per in-
tegrum quadrantem erectis manibus , &
oculis clausis nos sistamus , & in hono-
rem omnium virtutum , in quibus Chri-
stus se exerceuit vivens inter filios homi-
num , oramus 34. *Pater & Ave.* Fia-
mus parvuli , sed cum sale Christianæ
prudentiæ.

II.

A Nxius de vitæ statu Raymundus,
coram iconे Beatissimæ Virginis
Mariæ humiliter flectit , ipsamque cœli-
tum Reginam , ut se in filium , & perpe-
tuum adoparet famulum , viamque sa-
lutis , ac scientiam sanctorum edocere
digna-

ati.
os in
pro-
ndiu
etius,
ho.
qua
ponis
Serii
omi-
er in-
s, &
ono-
Chri-
omi-
Fia-
tianas
ndus,
rginis
coeli-
erpe-
ue fa-
ocere
digna-

XXXI. Augusti. S. Raymundi Nonnati. 515

dignaretur, enixè deprecatur. O chare
mi! En! locum refugii pro nostris ne-
cessitatibus. Mariam consulamus, ne
erremus in via. *In Maria*, ait B.
Ephrem, *invenit captivus redemptio-
nem, æger curationem, tristis consola-
tionem, justus gratiam, & peccator
penitentiam.*

Instructio meritoria.

Tria à manè petamus à Maria: 1. ut
præsentem diem benedicat, atque sancti-
ficer per Jesu, & manum propriam. 2.
Ut nostris functionibus, negotiis, &
obedientiis potenter assistat contra om-
nes inimicorum insidias. 3. Ut hæc ip-
sa dies sit dies pro Dei, & Mariæ augen-
do honore, & condigna dispositione ad
horam mortis beatissimam. Ideò *tria*
Pater, & Ave cum antiphona: Sub
tuum præsidium, & oratione: Concede
nos famulos. Quis taliter sibi timeat
per diem?

III.

RAymundus vocatur à Maria ad S.
Ordinem sub titulo de Redemptio-
ne Captivorum. O sollicitam pro ho-
mine

§16 XXXI. Augusti. S. Raymundi Nonnati.
mine Deiparam! Non sumus quidem in
hoc S. Ordine; Sumus tamen in quoti-
diana juvandi proximum occasione.
Subveniamus christibus per consolatio-
nem: Pauperi per eleemosynas: Despe-
rabundis per exstimationem piam.
Audiatur S. Nazianzenus: *Esto calami-
toſo Deus, & Dominum in calamitate
Deum invenies.*

Inſtructio meritoria.

Quod Maria ordinat, maximi esse
momenti, oportet. Ordinavit S. Or-
dinem de Redemptione Captivorum.
Veneremur, & nos quoque collabore-
mus, si inter barbaros non licet, fiat in-
ter Christianos, pro quorum redemi-
tione à vinculis peccatorum, passionum, &
vitiorum offeramus totius hebdomadis
opera, quibus annexamus pro fidelibus
defunctis officium defunctorum cum
uno Nocturno. Frater fratrem redi-
mat. Maria sic optat.

SEP.

